



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Dei Immortalis In Corpore Mortali Patientis Historia

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49178](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49178)



AD LECTOREM.

PAUCIS, benevole Lector, hac pauca pramoneo. Frequens mihi est in hoc argumento ad Christum apostrophe, quia quae scripsi, olim dixi coram Christo in Eucharistia prasente. Deinde quia Christus patiens, & impatiens est elaborata nimis eloquentia, & compti sermonis, contendit magis scribere pie ad utilem motum, quam docte ad futilem plausum: memor aurei illius moniti, quod scripsit aureus Orator Chrysologus: Populis populariter est loquendum: communio compellanda est sermone communi: naturalis lingua chara simplicibus, doctis dulcis, docens loquatur omnibus profutura; ergo imperito sermoni veniam dent periti. Hic necesse est infantem esse ipsam Eloquentiam, & tanto suo verborum choragio tanto succumbere mysterio. Quia (verba sunt D. Hieronymi uno duntaxat mutato) ad incredibilis doloris magnitudinem & Tulliani fluvius exsiccaretur ingenii, & contortæ Demosthenis vibratæq; sententiæ tardius, languidiusque ferrentur. Itaque laboravi in hoc mari rubro magis velificari sincera pietati quam ventose loquacitati, adeoq; ut si opulos declinavi artificiosa orationis exquisitas delicias, sermonumque illecebras illis & quasi Sirenylas, quae nata sunt magis titillare aures, quam inflammare mentes in hoc cruento Sacramento applaudant potius lacrymantes oculi, quam

Chrysol.
Serm. 43

S. Hieron.
Epist. 128

AD LECTOREM.

quam acclamantes lingua. Displiceat per me licet humilis dum serpit sermo, modo placeatis de quo instituitur sermo. Quod si qua scripsi de Christo, minus tibi Christiano placeant, vide an non tibi conveniant illa quae de quibusdam Christianis scripsit Salvanus. Non mirum est si eis loquentia de DEO verba non placeant, quibus forsitan ipse DEUS non placet: nec expectandum ut insinuatorem salutis atq; animarum sermonem ament, qui salutem ipsam, atque animas suas non amant. Tu interim Lector, si quere lectis, ut merearis accenseri inter paucos electos.

